



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I.
Vsque Ad. Pavlvn. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio**

Angelis, Paolo de

Roma, 1621

Cap. IV. De aliquibus Ecclesijs, atque Coenobijs ad hanc Basilicam
spectantibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13873

Monasterium Monialium ordinis S. Damiani, quae Moniales fuerunt ibi collocatae ab Othobono Cardinali tit. S. Adriani, cum fugissent Romam de Romania circa ann. Domini 1272.

Eodem anno orta est lis inter Moniales ordinis S. Damiani ac fratres minores, occasione ex regula S. Damiani desumpta; cuius exitus fuit, ut eas Gregorius X. ad illam S. Augustini transfulerit, quam S. Sixti Moniales retinebant. Instrumentum vel Bulla huius translationis in Archiuo S. Mariae Maioris conseruatur. quo tempore itidem Monasterium fuit Othobono commendatum, & eius curae commissum. Quare eodem tempore auctoritate Apostolica erector & protector extitit. Bullae sententia haec est. Cum inter Moniales ordinis sancti Damiani & fratres minores orta fuisset lis occasione dictae regule S. Damiani, fuerunt à Gregorio Decimo translate ad regulam S. Augustini, quam obseruabant Moniales S. Sixti, ut legitur in Instrumento reperto in Archiuo S. Mariae Maioris, confecto de anno 1272. & constituta sunt sub protectione dicti Octoboni Cardinalis.

Ex Instrumento seu Bulla in Archiuo S. Mariae Maioris.

DE ALIQVIBVS ECCLESIIS, ATQVE

Cœnobijs ad hanc Basilicam
spectantibus.

Caput IIII.

Ecclesie sanctae Luciae in silice, eiusque reddituum concessio huic Basilicae à Greg. XI. Auenione facta.



REGORIVS pariter Vndecimus, maxima dum uiueret hanc Basilicam reuerentia prosequatur: Etenim dum Auenione esset, ei Sanctae Luciae in Silice Ecclesiam, redditusque concessit: Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis, prudentia circumspicua ad ea ex Apostol. seruitutis officio libenter intendit, per quae Ecclesiarum utilitatibus prouidetur. Cum igitur Ecclesia sine cura sanctae Luciae sita iuxta Ecclesiam Beatae Mariae Maioris, de Vrbe, quam Venerabilis frater noster Stephanus Episcopus Brixien. tempore promotionis per nos facta de ipso ad Ecclesiam Brixen. tunc vacantem obtinebat, per huiusmodi promotionem & munus consecrationis eidem Stephano de mandato nostro apud Sedem Apostolicam impensum vacauerit, & vacet ad presens, nullusque praeter nos hac vice de dicta Ecclesia S. Luciae disponere potuerit, neque possit pro eo quod nos diu ante vacationem huiusmodi omnes Ec-

clesias, ceteraque beneficia ecclesiastica, tunc apud sedem praedictam vacantia, & in antea vacatura collationi & dispositioni reseruantes, decreuimus, &c. sicut accepimus in dicta Ecclesia officia diuina minimè celebrentur, dictaque Ecclesia sanctae Mariae minetur ruinam, & ad eius reparationem propria ipsius Ecclesiae facultates, &c. Nos dilectorum filiorum Prioris, & Capituli Ecclesiae sanctae Mariae supradictae, quae secularis est, supplicationibus inclinati, praedictam Ecclesiam S. Luciae sic vacantem, cuius fructus, redditus, & proventus duodecim florenorum auri circiter valorem annuatim, ut asseritur, non excedunt, cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis, ipsdem Priori, & Capitulo, ac Ecclesiae Sanctae Mariae Maioris, ex nunc auctoritate Apostolica incorporamus, anneximus perpetuo, & unimus, ita quod liceat eisdem Priori, & Capitulo corporalem possessionem Ecclesiae sanctae Luciae, & pertinentiarum praedictarum per se, vel alium, seu alios auctoritate propria apprehendere, & retinere; ipsamque Ecclesiam Sanctae Luciae licite in perpetuum retinere, fructusque ipsius in utilitatem ipsius Ecclesiae maioris conuertere, cuiuscunque licentia minimè requisita. Non obstantibus felicitis recordationis Urbani Papae Sexti praedecessoris nostri, & alijs Constitutionibus Apostolicis contrarijs, &c. Datum Auenione, nono Kalendas Nouembrii, Pontificatus nostri, anno primo.

Fuit huius Basilicae etiam S. Pudencianae Ecclesia vna cum domicilijs ad eam spectantibus, quamquam antiquitus titulus Cardinalium esset, & si nonnullis credimus iam inde à S. Petri temporibus. & sane quod hanc Ecclesiam tenuerit usque ad tertium Pij Quinti Pontificis annum, id clare ex Bulla colligitur, per quam idem Pontifex à Capitulo bona, & Ecclesiam auferit, atque Penitentiaris adscribit: sic enim loquitur. Ut autem ipsis sex Penitentiaris, & duobus Conuersis de communi, & quantum fieri possit propinqua habitatione consulatur, motu, scientia, & potestate plenitudine similibus ades, quae intrantibus à dextra parte Ecclesiae Sanctae Potentianae consistant, & ad septentrionem spectant, quas nuper in eos usus aptandas curauimus cum vestibulis, & viridario ad valuas dictae Ecclesiae, ac omnibus iuribus, & pertinentijs suis à reliqua proprietate, & rebus mensae Capitularis praedictae Ecclesiae Sanctae Mariae Maioris, ipsiusque Ecclesiae, & singulorum illius beneficiorum, & praebendarum pro perpetuo usui, & habitatione praedictorum sex Penitentiariorum, & duorum Conuersorum, seu Tertiariorum etiam sine consensu

Pius Quintus S. Pudencianae Ecclesiae capitulo frauce Brixiae Maioris ad m.

Habere etiam Penitentiariorum huius Basilicae.

Hae Ecclesiae Penitentiariorum à Paulo III. in capitulo huius Ecclesiae Episcopatus bulla conseruata sunt.

sensu dilectorum filiorum Archipresbyteri, & Capituli eiusdem Ecclesie, ac ipsis omnino contradicentibus perpetuo dismembramus, & separamus, illasque cum eiusdem vestibulo, viridario iuribus, & pertinentijs predictis sex Penitentiarijs, & duobus Conuersis, aut Tertiarijs pro huiusmodi habitatione, & vsu perpetuo concedimus, &c.

Anno huius Basilicæ reditus no-ua S. Bibianæ Ecclesie eiusque reddituum accessione.

Anno Domini 1439. Eugenius Papa Tertius, cum iustis, ac pijs de causis disposuisset, vt sanctæ Bibianæ Cœnobium extingueretur, Sanctæ Mariæ Maiori Ecclesiam & reditus concessit; quamuis prius idem beneficium in Monasterium Sancti Sebastiani extra muros fuerit translatum. Quorum rerum hucusque possessionem conseruat. nos ad rei cōfirmationem aliqua ex rescripto annotabimus: Nos in quorum manibus hodie dilectus filius Franciscus Abbas prefati Monasterij sancti Sebastiani ex certis rationabilibus causis ad id animum suum mouentibus, applicationi, concessioni, donationi, & appropriationi possessionum, terrarum, casalium, vinearum, domorum, pratorum, bonorum, ac censuum huiusmodi illorum per cum possessione non adepta, ac translatione per Episcopum huiusmodi minime facta, per dilectum filium Bartholomeum de Versis, Canonicum Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum in manibus nostris spontè, & liberè cessit; quique cessionem huiusmodi ducimus admittendam, tenore presentium ex certa scientia suppressionem, extinctionem, ac reservationem confirmantes, & in suo robore permanere debere decernentes, nec non applicationem, concessionem, donationem, & appropriationem predictas reuocantes, ac super premissis statui, & conuersationi dicte Ecclesie sanctæ Mariæ salubriter providere volentes, Nicolai Cardinalis, ac Capituli prefatorum in hac parte supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus dispositis circa statum Ecclesie sanctæ Mariæ huiusmodi dumtaxat auctoritate nostra te diligenter informes, & si per informationem ipsam vera esse reperieris, super quo tuam conscientiam oneramus, omnia, & singula terras, possessiones, casalia, vineas, domos, prata, bona, atque census, Monasterio sancti Sebastiani donata, concessa, & applicata huiusmodi; que omnia per eorum qualitates, quantitates, valores, vocabula, atque confines presentibus haberi volumus pro expressis, quorumcunque centum & quinquaginta eidem mense Capitulari, cuius ducentorum, & quinquaginta florenorum auri de Camera, fructus, reditus, & proventus secun-

A dum communem estimationem valore annuum vt ipsi asserunt, non excedunt, pro supplemento defectus quotidianarum distributionum Canonice dicte Ecclesie sanctæ Mariæ, &c. Ita quod liceat ex tunc prefatis Capitulo per se, vel alium, seu alios corporalem possessionem omnium, & singulorum mensæ tunc concessorum, & donatorum huiusmodi auctoritate propria liberè apprehendere, & perpetuo retinere, &c. Datum Florentie, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo trigesimo nono, sextodecimo Kalendas Martij, Pontificatus Nostri anno nono.

B Neque verò Guido Ascanius Sfortia Cardinalis cernens Ecclesie indigentiam, piam manu abstinuit. Si quidem voluit solita munificentia Archipresbyteralem Prebendam vnire, quæ illa sanctæ Pudentianæ erat, de qua re cum Paulo Tertio Pōtifice patruo agens, illum precibus exorans, gratiam obtinuit, quod ex Bulla comprehenditur. Paulus Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. &c. Conspicimus salubriter expedire sanè vt dilectus filius Guido Ascanius Sfortia sancti Eustachij Diaconus Cardinalis de sancta Flora nuncupatus, Camerarius noster, qui Archipresbyteratum Ecclesie Beate Mariæ Maioris eiusdem Vrbs ex dispensatione Apostolica obtinet, nobis nuper exposuit redditus, & proventus fabricæ ipsius Ecclesie adeò tenues existant, vt ad illius reparationem, & mantentionem non sufficiant, si omnes, & singuli sanctæ Pudentianæ, & sanctæ Euphemie Ecclesiarum etiam de Vrbe, & illis forsan annexorum fructus, reditus, & proventus dudum eidem Archipresbyteratui Apostolica auctoritate perpetuo applicati, & appropriati, ab eodem Archipresbyteratu separarentur, & dismembrarentur, ac Ecclesie Beate Mariæ, & illius fabricæ huiusmodi in reparationem, & mantentionem, ac decus, & ornamentum eiusdem Ecclesie, ac diuini cultus in ea augmentum, nec non mantentionem Cantorum, & puerorum inibi diuinas laudes Altissimo decantantium per dilectos filios Capitulum, & Canonicos dicte Ecclesie Beate Mariæ conuertendi, perpetuo applicarentur, & appropriarentur: profectò ipsius Ecclesie Beate Mariæ decori, & ornamento ac utilitati, & necessitatibus opportunè provideretur; cultusque diuinus non solum in ea manteneretur, sed etiam non modicum succiperet incrementum. Quare cum Guido Ascanius Cardinalis, & Camerarius supplicauit, & prefati Capitulum nobis humiliter supplicari fecerunt, vt omnes, & singulos fructus, reditus, & proventus huiusmodi, qui trecentorum ducatorum auri de Camera,

Guido Ascanius Sfortia de huius Templi edificacione optinuit.

Hic Quidam S. Pudentianæ Ecclesie in mulo sanctæ Mariæ Maioris.

Habent Perantonomiam huius Basilicæ.

Hic Eruditio Podentianæ Paulo 1111 pa huiusmodi capitulum cum Ecclesie Euphemie Bulla conuersionis eiusdem.

Camera secundum communem estimationem ^A valorem annuum, ut Guido Ascanius Cardinalis, & Camerarius, ac Capitulum praefati asserunt, non excedunt, ab eodem Archipresbyteratu separare, & dismembrare, aliasque in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia volumus, quod petentes beneficia Ecclesiastica alijs uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem secundum estimationem praedictam etiam beneficij, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret; & semper in unio-
^B nibus commissio fieret ad partes vocatis quorum interesset, Capitulum praefatos, & eorum singulos a quibusvis excommunicationis, &c. Nec non fructuum, reddituum, & proventuum Ecclesiae sanctae Mariae, & fabricae praedictarum veros annuos valores praesentibus, pro expressis habentes huiusmodi supplicationibus inclinati omnes, & singulos fructus, redditus, & proventus applicatos huiusmodi ab eodem Archipresbyteratu, Apostolica auctoritate tenore praesentium ipsius Guidonis Ascanij Cardinalis, & Camerarij ad hoc expresso accedente consensu, perpetuo separamus, ac dismembramus; ac Ecclesiae Beatae Mariae, & fabricae praedictis pro reparatione, decore, ac ornamento, ac illius, & Cantorum, nec non puerorum inibi diuinas laudes decantantium manutentione, diuini cultus augmento perpetuo applicamus, & appropriamus, ita quod liceat Capitulo, & Canonicis praefatis per se, vel alium, seu alios; omnes, & singulos fructus redditus, & proventus sanctae Pudentianae, & Euphemiae Ecclesiarum, & annexorum eorundem propria auctoritate libere percipere, & perpetuo retinere; illosque in reparationem, & manutentionem, decus, & ornamentum, nec non utilitatem Ecclesiae Beatae Mariae, & fabricae, & Cantorum, & puerorum praedictorum manutentionem, & alios eis beneuolus usus conuertere cuiusvis licentia super hoc minimè requisita, &c. Datum Romae apud sanctum Marcum, anno Incarnationis Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quinto, decimotertio Kalendas

Iulij, Pontific. nostri anno undecimo.



DE PRAESENTI
 BASILICAE LIBERIANAE
 CONSTITVTIONE

Vnà cum nouis aedificijs, quibus eam hac nostra aetate Paulus Quintus Pont. Max. magnificentissime auxit, atque exornauit.

Caput V.



RIMVM de statu, in quo in praesenti hac Basilica consistit, vnà cum partibus externis dicemus; nec non ijs, qui beneficij auxerunt. Postea ad interna pergemus, de maiori naui simul cum spectantibus ad ipsam. Tertio de utraque minori naui trademus, Sacella describentes vnà cum Auctoribus.

^C Praecipua Basilicae facies ad Orientem respicit; in qua musiuo opere, vt libri initio scribere cepimus, elegantissime expressum niuis miraculum cernitur, ex quo huius Ecclesiae origo effluxit; praclarum Iacobi, & Petri Columnae Cardinalium eximia erga sanctissimam Virginem pietatis, monumentum: Iacobus, & Petrus de Columna Cardinales, & alter eorum, id est Petrus Archipresbyter faciem anteriorem Basilicae musiuo opere exornauerunt. Idem etiam ostendit vtriusque Cardinalis sanctissimam Matrem, eiusque Filium suppliciter venerantis effigies, mira arte, consuetoque Cardinalium ornatu conspicua. Sub opere musiuo amplè porticum cernimus, paulò maiori naui longiorem, octo pulcherrimis columnis suffultam, quam Eugenius Tertius fabricauit; sicuti carmina in eius coronide incisa testantur.

^E TERTIVS EVGENIVS ROMANVS
 PAPA BENIGNVS
 OBTVLIT HOC MVNVS VIRGO
 MARIA TIBI.

QVAE MATER CHRISTI FIERI
 MERITO MERVISTI
 SALVA PERPETVA VIRGINITA-
 TE TIBI

ES VIA, VITA, SALVS, TOTIVS
 GLORIA MVNDI,
 DA VENIAM CVLPIS VIRGINI-
 TATIS HONOS.

Et Ho-